

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 8152

**Auteur(s)** : Simon Lebret [particulier]

**Bénéficiaire(s)** : Soligny-la-Trappe, Notre-Dame de La Trappe (abbaye)

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1209

**Action juridique** : donation

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Simon Lebret et Isabelle, sa femme, font abandon à l'abbaye de la Trappe de leurs personnes et de leurs propriétés, moyennant qu'ils tiendront celles-ci à ferme, leur vie durant, et qu'ils auront, après leur mort, leur sépulture dans ladite abbaye.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Charencey Hyacinthe (Comte de), *Cartulaire de l'Abbaye de Notre-Dame de la Trappe*, publié d'après le manuscrit de la Bibliothèque Nationale, Alençon, Renaut de Broise (Société historique et archéologique de l'Orne), 1889, O. « De Dispensaria et Maheru », n° XXII, p. 387-388.

Texte établi d'après a

Omnibus ad quos presens scriptum pervenerit, Symon Lebret, salutem. Noveritis omnes quod ego, Symon Libret, voluntate et assensu Isabel, uxoris mee, pro salute animarum nostrarum, dedi Deo et monachis Beate Marie de Trappa, in perpetuam elemosinam, omnes terras quas emi, scilicet quamdam terram quam habebam sub turre de Molins, quam emi de Willelmo de Rive, et alias terras quas habebam in Valle Vinitoris et in Valle Guiech, quas emi de Guillelmo vinitore, et aliam quamdam terram quam habebam apud Roncos, quam emi de Gaufrido de Roncos, et tertiam partem totius hereditatis mee quam tenebam de Girardo de Rivellon. Hec omnia predicta posui in manu domini Silvestris, sagiensis episcopi, et dedi et concessi coram ipso prefato episcopo prefatis monachis in perpetuam elemosinam. Et Nicholaus, tunc abbas de Trappa, in presentia dicti episcopi, omnes predictas terras tradidit michi et Isabel, uxori mee, solummodo quamdiu ambo vixerimus, tenendas ad firmam pro decem solidis currentis monete et duobus modiis bladi carbonensis, scilicet uno modio frumenti, dimidio modio ordei et dimidio avene, ad festum sancti Remigii. Tradidit etiam nobis jam dictus abbas quamdam masuram terre, apud perrerias de Molins, pro qua reddemus singulis annis quinque solidos currentis monete ad festum sancti Johannis Baptiste. Si tamen de I[sabelle], uxore mea, heredem habuero, si autem de ea heredem habuero (sic), ipse heres habebit duas partes predictarum emptionum, et reddet monachis predictos quinque solidos ; reliquam vero tertiam partem, cum tertia parte hereditatis mee et quinque solidis, monachi in elemosinam jure perpetuo possidebunt et quamcumque terram amodo adquisierint, habebunt monachi pacifice, ut et de aliis terris, quas ante emeram, est predictum. Preterea ut sciatur volo quod ego et jam dicta I[sabel], uxor mea, dedimus nos Deo et monachis de Trappa cum omnibus catallis nostris, et in predicta abbatia ut confratres ordinis habebimus sepulturam ; ad quam [abbatiam], cum obierimus, quilibet nostrum cum portione sua omnium rerum nostrarum deferetur, illi tamen qui superfuerit,

carruca, prout fuerit, integra remanente. Et, ut hec omnia immutabiliter fiant, presens scriptum sigilli mei testimonio confirmavi. Actum anno gratie M° CC° nono.